Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



prohibere ministrare ei. Post autem
aliquot dies uenens felix cum dru
silla uxore sua que erat iudea uoca
uit paulum et audiuit ab eo fidem
que est in christum iheslum. Dispu
tauit autem cum illo de iustitia et
de castitate et iudicio futuro. Et ter
refactus felix respondit. Quod nic
actuet. Vade. Tempore autem opor
tuno accersiam te simul sperans
quia daretur ei a paulo pecunia ip
quod et frequenter accersiens eum
et colloquebatur cum eo. Biennio
autem expleto. accepit successorem felix
porcium festum. Volens autem gratiam
prestare iudeis felix reliquit pau
lum uinctum.

XXV

Festus ergo cum uenisset in pro
uinciam post triduum asce
dit iherosolimam a cesarea
adierunt eum principes sacerdo
tum et primi iudeorum adusus pau
lum. et rogabant eum postulantes
gratiam aduersus eum. ut iubet per
duci eum in iherlim. insidias tenden
tes ut eum interficerent in uia. festus
autem respondit seruari paulum in ce
sarea. se autem maturius profecturum
Qui ergo in uobis aiit potentes si
descendentes simul. si quod est in uiro
crimen accusent eum. Demoratus
autem ibi plures non amplius quam octo
decem descendit cesaream. Et alia
die sedit pro tribunali et iussit pau
lum adduci. Qui cum productus es
set circumsteterunt eum qui abihe
rosolimis descenderant iudei. mul
tas et graues causas obicientes ei.
quas non poterant probare. paulo
de omnibus rationem reddente quia
neque in legem iudeorum. neque in templum
neque in cesarem quidquam peccauit.
festus autem uolens iudeis gratiam pres
tare respondens paulo dixit. Vis
iherosolimam ascendere et ibi de his
iudicari apud me. Dixit autem pau
lus. ad tribunal cesaris sto. ubi me op
tet iudicari. Iudeis non nocui sicut tu
melius nosti. Si enim nocui aut dignum
morte aliquid feci non recuso mori. Si
uero nichil est eorum que hi accusant
me nemo potest me illis donare. Ce
sarem appello. Tunc festus cum con
silio locutus respondit. Cesarem ap
pellasti. ad cesarem ibis. Et cum dies
aliquot transacti essent agrippa rex
et berenice descenderunt cesaream ad
salutandum festum. Et cum dies
plures ibidem moraretur. festus re
gi indicauit de paulo dicens. Vir
quidam est derelictus a felice uinctus
de quo cum essem iherosolimis adie
runt me principes sacerdotum et
seniores iudeorum postulantes ad
uersus illum damnationem. Adqs
respondi. quia non est consuetudo ro
manis donare aliquem homi
nem prius quam is qui accusatur
pnces habeat accusatores locumq de
fendendi accipiat ad abluenda cri
mina que ei obiciuntur. Cum ergo
huc deuenissent sine ulla dilatione
sequenti die sedens pro tribunali et
iussit adduci uirum. De quo cum ste